

Anno mundi. 5425.

Anno christi. 224.

**U**rbanus primus papa natione romanus: patre ponciano. ad aurelio antonio imperatore fuit. anno christi. cccxxiiij. ab urbe vero condita nongentesimo et lxx. Vir siquidem doctrina et scititate vite eminentissimus multos sua doctrina singulari ad fidem traduxit. inter hos autem valerianum virum prestantissimum beate cecilie spolum: et tiburcium eius fratrem qui postea martyrium constantiensi accepit. hic multa constituit mandavitque ne quis decetero in episcopum eligeretur nisi presbyter aut sacerdos aut diaconus consecratus fuisset. Eiusdem quoque institutum fuit: ut ecclesia predia ac fundos a fidelibus oblatos reciperet: pariterque pueri clericis omnibus viris: nihilque cuiuspiam paratum esset sed in communi bonum quod hodie aboleuit: tanta est hominum rapacitas et libido. at ubi ex ordinacionibus quinquies mense decembris habent presbiteros novos: diaconos quatuor: episcopos novos creasset. ipse nono kalendas iunij martyrio coronatus est. et sepultus in cimiterio preteritativo via tiburtina. sedit annos quatuor: menses decem: dies. xij. Sedes autem dies. xxx. tum vacat.

**P**ontianus papa natione romanus patre calphurnio: tempore alexandri imperatoris fuit. anno ab urbe condita. dcccclxxiiij. anno vero christi. cc. et xlviiij. Vir quidem de optimo atque sanctissimo. instigantibus sacrificulis idolorum mandato principis ab urbe roma in sardiniam insulam cum philippo presbitero deportatus ubi multas calamitates et gravia tormeta pro fide christi in sardinia passus tandem moritur. Cuius corpus postea a fabiano pontifice romam cum magna veneratione ac totius cleri supplicationibus reportatum est: ac sepultum in via appia in calixti cimiterio. vixit autem in pontificatu annis novem: mensibus quatuor: diebus duobus. vacat tunc sedes martyrio eius dies decem.

**N**ota quod in quibusdam historiis habetur quod cyriacus successit ponciano immediate et papatum dimisit ut cum virginibus martyrio coronaretur: sed ratio temporis hoc non permittit: ut patet in legenda undecim milium virginum: hunc tamen anno uno et tribus mensibus sedisse scribunt. In cathalogo tamen pontificum positus non est cum non voluntate patrum papatum cessit.

Anno mundi. 5433.

Anno christi. 234.

**A**ntheus papa natione grecus patre romulo pontifex creatus. vir optimus. statuit ut res geste martyrum diligenter exquirentur a notariis scriberentur. Coscriptas recodi in erario ecclesie mandavit: ne una cum vita bene agentium memoria aboleretur. Consuevit item episcopum omisso primo episcopatu ad alium necessitatis causa et utilitatis: non sui ipsius sed creditarum omnium posse transferri. Interposita summi pontificis auctoritate: quod hodie a plerisque non fit ad utilitatem propriam respicientes imo voluptatem ut habeant unde expiletur ad uberiores semper respiciunt. non quot oves et quare pascende sint querentes: quod est officium boni pastoris: sed sciscitantes quantum singulis annis inde excerpti possit. de cura animarum quia sit mentio. de augendis pueris magna quoque multa iumenta et plures servos et eos quodammodo ignavos et stolidos domi alant. Antheus vero cum uno tamen episcopo creato: martyrium subiens in cimiterio calixti via appia sepelebitur. .iij. nonis ianuarij. sedit annis. xj. mense uno: diebus xij. vacat tunc sedes dies. xij.

Tiburcius et valerianus

**T**iburcius et valerianus civis romani preclarissimi fratres quos eo tempore auxilio cecilie urbane papa ad fidem traduxit latitantes inter sepulchra martyrum: post hec almachi presbyterus urbis audiens eos christianos et elemosinas distribuentes comprehensus: post longam concertationem pro christo martyrium constantiensi accepit: quos primo sustulit cedi durissime fecit: et tandem gladio interfici precepit. Adaximus vir illustris qui eos in carcere detinuit christianus effectus tam diu plumbas cesus est donec spiritum exalaret. Cuius corpus cecilia cum valeriano et tiburcio iussit sepeliri. i. 8. kalendas adaxij.



**C**ecilia virgo romana corporeo decore moribus ac scititate et laudabili castitate splendida: quam parentes eius unica habuerunt cum regis diuicij. valeriano iam dicto nobilissimo patricio iuveni matrimonio copularunt. quem cum una cum fratre tiburcio ad credendum in christum perdocuisset eos in toleranda passione sua suavissima doctrina et admonitione induxit ad constantiam. Quam conditionem etiam virgo ipsa subiit in domo paterna. iam antea suo rogatu ab urbano deo dedicata. Cum post mortem amboz almachius amboz facultates in quere cepit. Ceciliam ut coniugem astare iussit: mandans ut idolis sacrificaret. Sed cum ad hoc a parentibus urgeretur: dato preclaro responso quod nollet: cum se profiteretur esse christianam. Iussit eam almachi in domo sua bullenti aqua diu nocturne coquemari ubi illesa mansit: quod auditum iussit eam in balneo decolorari: quam spiculator tribus ictibus percussis neque caput amputare potuit. Et quod decretum erat ne quartam percussione decollandus reciperet: eam semivivente reliquit. deinde per triiduum omnia sua pauperibus distribuens et quod ad fidem perverterat urbano pape commendavit. dicens triiduanas a domino postulavi inducias ut hanc domum meam ecclesiam consecrarem. his dictis spiritum emisit. Cuius corpus urbanus inter duos episcopos sepeliuit. Passa est autem beatissima virgo circa annos domini. cc. xx. tempore alexandri imperatoris .x. kalendas decembris.

## Linea sumorum pontificum

Urbanus



Pontianus



Antheus



Cecilia virgo

